Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

secundum quod dicitur effectus esse in causa efficiente, ut habetur in IIII Physicorum. Ideo homines concepti dicuntur fuisse in Adam et secundum rationem seminalem et secundum corpulentam substantiam. In conceptione autem Christi virtus activa non fuit nisi Spiritus Sancti. Materia autem corporis [illegible] ministrata debito modo [illegible]. Unde patet quod originaliter materia corporis Christi descendit ab Adam, non autem ratio activa in conceptione eius ab Adam descendit originaliter. Et ideo Christus fuit in Adam secundum materiam originalem et non secundum rationem seminalem. Ad primum ergo dicendum quod cum dicitur Christus fuisse in Adam secundum corpulentam substantiam, non est intelligendum quod in Adam fuerit primo modo corpulente substantie, sed quia ipsa corpulenta substantia corporis Christi aliquando fuit in Adam, sicut ipse notat. Ad secundum dicendum quod cum corpus Christi non autem ratio conceptionis eius fuit in Adam, non tamen illa fuit in Adam in actu, quia aliquid decimata [illegible], sed virtute tantum, sicut res dicitur esse in suo principio effectivo vel materiali. Ad tertium dicendum quod cum corpus Christi sumptum est ex eo quod de carnibus beate virginis sumptis in purissimos sanguines eius conversum est; alimentum autem, cum [illegible] ipsum sit extraneum et dissimile, tamen in fine est conversum et simile, ut in libro de anima dicitur. Unde non sequitur quod corpus Christi sit extraneum nature humane. Ad quartum dicendum quod similitudo et convenientia magis attenditur secundum formam quam secundum materiam, ut si ignis generetur ex aere, ignis generatus magis convenit cum igne generante cum quo convenit secundum formam quam cum aere ex quo materialiter generatus est. Sic et in corpore Christi magis convenit cum beata virgine et aliis patribus quorum virtute effectum est [illegible] in corpore humano quam cum rebus illis ex quibus sumptum est. Ad quintum dicendum quod per primam sanctificationem, ut supra dictum est, beata virgo a fomite immunita fuit, sed quod inclinat ad actus peccatores? Non autem remota est illa inclinatio sed quod fomes est infectum [illegible], sed hoc tamen est per secundam sanctificationem ut quidam dicunt. Et ideo [illegible] ex beata virgine ut ordinaretur ad propagationem nec peccato obnoxium erat quia [illegible] a peccato mundatum sicut quod ad primum pertinebat.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod nullus qui de stirpe Abrahe descendit in ipso decimatus sit. Sicut ut Augustinus dicit super Genesim, quod ideo decimabatur [illegible]. Sed nullus in parentibus sanctificari potest ut supra dictum est. Ergo nullus in Abraham decimari potuit. Preterea sicut peccatum Abrahe illum qui ex eius stirpe descenderit valuit [illegible] ad peccati originalis contractionem, ita ipsius opera valuit ad meritum sacrificiorum et decimarum et oblationum ut [illegible] in moribus dicitur. Sed cum Abraham [illegible] non propter hoc alias de stirpe eius descendentes [illegible] fuerunt, alias eos non potuisset [illegible]. Ergo non Abraham dante decimas eius filii decimati sunt. Preterea decimari autem est decimas dare. Ad decimas obligari autem decima pars [illegible] sic dicitur quod decimatum a quo iam decima pars ablata est. Si ergo non potest dici quod aliquis in parte suo decimetur. Unde ei decimas est quidam actus personalis. Sed actus personales non transmittuntur

a parentibus in filios, sicut nec peccata actualia. Ergo Abraham dante decimas non propter hoc filii eius decimati sunt qui decimas dant. Preterea [illegible] levite et sacerdotes veteris legis ex Abrahe stirpe descenderunt et tamen ad decimas dandas non obligabantur sed eas a populo accipiebant. Ergo non sic omnes Abrahe filii [illegible] in eo decimati sunt quia ad decimas obligarentur. Sed [illegible] quod decimatio respicit id quod est in actu distinctum. Unde Christus non potest dici esse decimatus ex hoc quod semen decimatum fuit. Sed filii Abrahe non erant in eo ut actu distincti sed tantum virtute. Ergo nullo modo in eo decimari potuerunt. Sed contra est quod apostolus ad Hebreos VII dicit, et [illegible] Augustinus.

Responsio. Decimatio quoddam signum divine servitutis est cui [illegible] pertineat. Sed personas [illegible] ad suam obligationem [illegible] filii si ex suis parentibus nascantur. Ergo Abraham dante decimas filii eius decimati sunt.

Utrum Christus in Abraham decimatus sit. Christus enim non [illegible] ad Abraham non mediante beata virgine sed beata virgo decimata fuit in Abraham. Ergo et Christus. Preterea decimatio convenit filiis Abrahe in eo ut ex [illegible] ratione peccati originalis quod per concupiscentiam ex eo propagandi erant. Sed caro Christi in Abraham fuit peccato obnoxia ut [illegible]. Ergo in eo est decimata fuit. Preterea decimatio est quidam actus significans Christum maxime, et per decimam significatur ratione perfectionis [illegible] cum denario [illegible]. Ergo Christus precipue in Abraham decimatus fuit. Sed contra apostolus Hebreos VII, [illegible] sacerdotium Christi sacerdotio Aaron, per hoc quod Levi ex stirpe Aaron descendit Abraham dante decimas decimatus est. Sed Christus in hoc non [illegible] quod Aaron si in Abraham fuit decimatus [illegible]. Ergo nullo modo in eo decimatus fuit.

Preterea multiplicatio miraculose [illegible] virtute non est decimabile, ut patet [illegible]. Sed [illegible] helyseus [illegible] ut de oleo quod multiplicatum erat decimas daret. Sed caro Christi ex Abraham miraculose propagata est. Ergo Christus in Abraham decimatus non fuit.

Responsio. Dicendum ad primam questionem quod illi qui ex Abraham per concubitum descenderunt in eo decimati sunt. Christus autem in eo decimatus non est. Cuius ratio est quod decimatio non tantum erat actus moralis sed etiam figuralis; et cum actus moralis sit hic quod quidam pars [illegible] materiam et aliorum in usum ministrorum dei et pauperum conferebatur ut esset cibus in domo domini ut habetur Malachie III. Actus autem figuralis est quod hic significat imperfectionem in eo qui decimas dat quod perfectionem ab alio expectat. Imperfectio enim denario est quidam [illegible] perfectionis quod limes [illegible]. Unde novem nativitates imperfectionem significant quod a denario deficiunt. Et ideo qui decimas dat in hoc quod novem sibi retinet et decimum alteri dat, confitetur se imperfectum esse et perfectionem ab alio expectare. Et inde est quod decimatio quedam in actu sacrificalis erant per quod deo reddebat ex fide mediatoris procedebat. Per eum perfectio sanata est humani generis in peccato quod erat propter originale peccatum. Non ei figuratio remedium quoddam contra originale peccatum prestabat per modum sacramenti. Ergo illa decimatio quam Abraham decimas dedit [illegible]